Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Altes Testament, 2. Teil - Cod. Aug. perg. 89

[S.l.], Datierung unklar

Buchschmuck

urn:nbn:de:bsz:31-67620

Visual Library

in medio tui: inimicis tuis adap-
tione pandentur porte terre tue.
devorabit ignis vectes tuos. Aquam
propter obsidionem hauri tibi: extrue
munitiones tuas: intra in lutum
et calca: subiens tene laterem. Ibi
comedet te ignis: peribis gladio. de-
vorabit te ut bruchus. Congrega-
re ut bruchus: multiplicare ut locu-
sta. Plures fecisti negotiationes
tuas quam stelle sunt celi: bruchus
expansus est et avolavit. Custodes tui
quasi locusta: et parvuli tui quasi lo-
custe locustarum: que considunt in se-
pibus in die frigoris. Sol ortus est et
avolaverunt: et non est cognitus locus
earum ubi fuerint. Dormitaverunt
pastores tui rex assur: sepelientur
principes tui. Latitavit populus tuus
in montibus: et non est qui congreget. Non
est obscura contritio tua: pessima
est plaga tua. Omnes qui audierunt
auditionem tuam compresserunt
manum super te. quia super quem non tran-
sivit malitia tua semper. Explicit
naum propheta. Incipit prologus

Quatuor prophete abacuc prophete
in duodecim prophetarum vo-
lumine sunt: exceptis tres
in principio than. id est pondus n
nuiuis habens. Zacharias in medio
et circa finem duos huiuscemodi ponit
titulos exceptis unus est. Onus verbi
domini in terra adrach et damasci requiei eius.
alter in fine. Onus verbi domini super
israhel. Sed quod abacuc quod vel ereo quod
amabilis domini est. vocatur amplexan-
tio. Vel quod in certamen et luctam eius
ut ita dicam amplexum cum deo con-
greditur. amplexantis id est lucta-
nis fortitus est nomen. Nullus enim
tam audaci voce ausus est deum ad di-
sceptationem iustitie provocare et dice-
re. Cur in rebus humanis et mun-
di istius politia. ide porro tanta
rerum versatur iniquitas. Usque quo
domine clamabo et non exaudies: vocife-
rabor ad te vim patiens et non salva-
bis. Quare ostendisti mihi iniquita-
tem et laborem videre: laceratum est
lex: et non pervenit usque ad finem recte iudici-
um: quia impius prevalet adversus iustum.
ideo egreditur iudicium perversum. Vi-
des quam temeraria vox sit. et
quodammodo blasphemantis creato-
rem suum ad iudicium provocare: et vas
fragile adversus figulum cur tale
vel tale factum sit disputare. Nec non
et hoc animadvertendum quod assump-
tio vel pondus que gravia iam
esse diximus prophete visio est et ad summ-
montanum dogma perversum intelli-
gere quod videtur: nec ut amens lo-
quitur nec more insanientium femi-
narum dat sine mente sonum. Unde
et apostolus iubet ut si prophetantibus alius:
alii fuerit revelatum taceant qui prius
loquebantur: et statim non est in quid dis-
sensionis deus sed pacis. Ex qua re in-
telligitur cum quis voluntate reticet
et alii locum dat ad loquendum posse
et loqui et tacere cum velit. Qui autem in extasi
sive demens loquitur nec tacere nec
loqui in sua potestate habet. Prophe- Hoc autem sciendum
tiam esse contra babilonem et nabucho-
donosor regem chaldeorum: ut quidam
propheta naum que abacuc sequitur
vaticinium habuit contra nineven
et assyrios: qui vastaverunt .x. tribus
que vocabantur israhel. ita abacuc